Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35165
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

Tu quoque materiam qui longo queris amori
Ante frequens quo sit puella disce loco
Non ego querentem ventis dare vela iubebo
Nec tibi ut invenias longa terenda via
Andromeden perseus nigris portavit ab indis
Raptaque sit phrigio graia puella viro est
Tot tibi tamque dabit formosas roma puellas
Gargara quot segetes quot habet methina racemos
Equore quot pisces fronde teguntur aves
Quot celum stellas tot habet tua roma puellas
Mater et enee constat in urbe sui
Seu caperis primis et adhuc crescentibus annis
Ante oculos veniet vera puella tuos
Sive cupis iuvenem iuvenes tibi mille placebunt
Cogeris et voti nescius esse tui
Seu te forte iuvat sera et sapientior etas